

✠ Notum sit omnibus filiis sanctae et Catholice aecclesiae. Quoniam Ego prephatus Robbertus gratia dei Capuanus princeps. ob salutem et remedium animarum gloriosorum principum Richardi scilicet avii. et Iordanis patris nec non Richardi fratris mei. ac ob statum principatus mei. Concedo. et Confirmo per hoc principale scriptum in perpetuum. Monasterio Sancti Laurentii levite et martiris christi. sito circa muros nostrae aversanae urbis. et domino Alberoni venerabili abbati eiusdem monasterii. suisque successoribus Videlicet monasterium sancti laurentii constructum in Capua. cum universis rebus et pertinentiis suis qualiter modo possidet et dominatur qualiter sibi legali modo pertinere videtur. Et aecclesiam sanctae Reparate. et aecclesiam sancti blassii cum omnibus pertinentiis illarum. et unum molendinum in flumine vulturni. quam Guarnerius dedit et optulit predicto monasterio. cum portu et Cursu aquarum et omnibus instrumentis eius. et medietatem de uno molendino Quam in predicto fluvio ei dedit Iozzolinus. similiter cum omnibus instrumentis suis. et terras et homines et molendina et cursus aquarum quae sunt in saone et circa saonem quae Guilelmus de alno dedit predicto monasterio. cum omnibus suis pertinentiis qualiter monasterium modo possidet et dominatur. et terras. et homines et molendina. et Cursus. aquarum quae sunt in montanari. quae predictus Guilielmus ei dedit cum omnibus suis pertinentiis. qualiter monasterium ea modo dominatur. et nepotes presbyteri bernardi. cum terris et omnibus suis pertinentiis qualiter predidictus Guilielmus. eos tenuit. et predicto monasterio dedit. et aecclesiam sancti

✠ Sia noto a tutti i figli della santa e cattolica Chiesa che io predetto Roberto per grazia di Dio principe **capuanus**, per la salvezza e la redenzione delle anime dei gloriosi principi Riccardo e Giordano, vale a dire il nonno e il padre mio, nonché di Riccardo mio fratello e per la prosperità del mio principato, concedo e confermo mediante questo scritto principale in perpetuo al monastero di san Lorenzo levita e martire di cristo sito vicino alle mura della nostra città **aversanae** e a domino Alberone venerabile abbate dello stesso monastero e ai suoi successori, il monastero di san Lorenzo edificato in **Capua** con tutti i suoi possedimenti e pertinenze nel modo che ora possiede e domina, come ad esso risulta appartenere in maniera legale, e la chiesa di santa Reparata e la chiesa di san Biagio con tutte le loro pertinenze, e un mulino nel fiume **vulturni** che Guarnerio diede e offrì al predetto monastero, con l'attracco e il corso delle acque e tutte le sue attrezzature, e metà di un mulino che nel predetto fiume diede ad esso Iozzolino parimenti con tutte le sue attrezzature, e le terre e gli uomini e i mulini e i corsi delle acque che sono nel **saone** e intorno al **saonem** che Guglielmo **de alno** diede al predetto monastero con tutte le sue pertinenze come ora il monastero possiede e domina, e le terre e gli uomini e il mulino e il corso delle acque che sono in **montanari** che il predetto Guglielmo diede ad esso con tutte le loro pertinenze come ora il monastero le domina, e il nipote del presbitero Bernardo con le terre e tutte le sue pertinenze come il predetto Guglielmo tenne e diede al predetto monastero, e la chiesa di sant'Andrea che é in **Calino** con le sue pertinenze, e la chiesa di sant'Andrea che é in territorio di **suesse** con tutte le cose che le

andree quae est in Calino. cum suis pertinentiis. et aecclesiam sancti andree quae est in territorio susses cum omnibus que ei pertinet et modo dominatur. et aecclesiam sancte Marie. et aecclesiam sancti iohannis. quae sunt in territorio mignani quas Ugo sorellus dedit et optulit hospitali predicti monasterii. cum omnibus suis pertinentiis. et monasterium sanctae Crucis quod est in territorio Calatiae. cum omnibus suis pertinentiis. et Casale quod dicitur marzanum frigidum cum hominibus et universis suis pertinentiis. et aecclesiam sancti martini de matalone. nec non aecclesiam sanctae mariae de Iugnano. cum hominibus. et universis pertinentiis illarum. et aecclesiam sanctae Marie de spelunca. et aecclesiam sancti salvatoris de vallo. et aecclesiam Sanctae Mariae de domicella. et aecclesiam sancti angeli de lauro. cum hominibus et universis pertinentiis earum. et decimationem nucerie de annona. et de vino. de fructibus et de animalibus. et aecclesiam sancti Cononis. et aecclesiam sancti Severini quae sunt in acerra. et aecclesia Sancti laurentii quae est in territorio Suessole et acerre. in pantano scilicet iuxta boscum. cum omnibus pertinentiis earum. et terras et villanos quos Rannulfus de argentia dedit predicto monasterio in territorio acerre. et casollam cum aecclesia Sancte Mariae. cum villanis cum pertinentiis suis. sicuti predictus pater meus Iordanus princeps. et Richardus. princeps frater meus dederunt predicto monasterio. et monasterium Sancti Vincentii. cum hominibus et universis eius pertinentiis. et duo molendina quae sunt ad pontem Silicis. et Sex villanos quos omfridus de calvo dedit ipsi monasterio. et unum molendinum ipsius monasterii quod est ad calambricitum in aqua lanei cum omnibus predictis villanis et molendinis

appartengono e ora domina, e la chiesa di santa Maria e la chiesa di san Giovanni che sono in territorio di **mignani** che Ugo Sorello diede e offrì all'hospitale del predetto monastero con tutte le sue pertinenze, e il monastero della santa Croce che é in territorio di **Calatiae** con tutte le sue pertinenze, e il casale chiamato **marzanum frigidum** con gli uomini e tutte le cose ad esso pertinenti, e la chiesa di san Martino di **matalone** nonchè la chiesa di santa Maria di **Iugnano** con gli uomini e tutte le loro pertinenze, e la chiesa di santa Maria **de spelunca** e la chiesa del santo Salvatore di **vallo** e la chiesa di santa Maria di **domicella** e la chiesa di sant'Angelo di **lauro** con gli uomini e tutte le loro pertinenze, e la decima di **nucerie** dell'annona e del vino, dei frutti e degli animali, e la chiesa di san Conone e la chiesa di san Severino che sono in **acerra**, e la chiesa di san Lorenzo che é in territorio di **Suessole** e **acerre** nel **pantano** cioè vicino al bosco, con tutte le loro pertinenze, e le terre e i villici che Rannulfo **de argentia** diede al predetto monastero in territorio di **acerre**, e **casollam** con la chiesa di santa Maria con i villici e le sue pertinenze come il predetto padre mio principe Giordano e il principe Riccardo fratello mio diedero al predetto monastero, e il monastero di san Vincenzo con gli e tutte le sue pertinenze, e due mulini che sono presso **pontem Silicis**, e sei villici che Omfrido **de calvo** diede allo stesso monastero, e un mulino dello stesso monastero che é a **calambricitum** nell'acqua del **lanei**, con tutte le cose pertinenti ai predetti villici e mulini, e il presbitero Mario che abita nel villaggio di **gareliani** con tutta la sua famiglia sua e tutte le cose a lui appartenenti come li tenne Riccardo figlio di gunduini e li diede allo stesso monastero, e la chiesa di **nobole**, e le terre e i villici come il predetto Riccardo nonno

pertinentibus. et presbyterum marium qui habitat in villa gareliani. cum familia sua tota et universis pertinentiis suis. qualiter tenuit et dedit Richardus filius gunduini ipsi monasterio. et aecclesiam de nobole et terras et villanos sicut predictus Richardus avus meus dedit ei. et decimationem de Rapale quam Vhardus de claromonte ei dedit. et terras et villanos qui sunt in vico piponis. sicut Raynaldus filius ugonis ipsi monasterio dedit. et starzam quae dicitur de Ceraso quam heredes Ugonis blanci dederunt eidem monasterio. et ortos. et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut Ugo blancus ibi dedit. et viridiarium quod est iuxta forum diei sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis. et piscationibus et aliis pertinentiis sicuti pater meus et frater meus tenuerunt et dominati fuerunt. et quicquid iure pertinet antiquitus monasterio in canalibus et in toto lacu patriense. et aecclesiam Sancti Renati quae est in vico cupuli cum omnibus pertinentiis suis. sicut sanguala dedit ipsi monasterio. et aecclesiam Sancti Angeli de monte christi cum silva. et omnibus sibi pertinentibus et terras de gualdo patriae quas Rannulfus britto dedit eidem monasterio. et Concedo in eodem monasterio. dotalium alfarane quae fuit uxor Robberti de sancta ebremunda. terras scilicet quae est in zampicari. et villanos et terras de centora. Nec non ecclesiam sancti viti quae est in loco spangati. cum universis pertinentiis suis. et terras et villanos hereditaneos cum hereditatibus illorum. et Centum modios terrae. quos Ingerbaldus cum licentia Ugonis comitis domini sui in predicto monasterio dedit. concedo. et Confirmo qualiter predictus Ugo comes per cartulam. predictam ecclesiam sancti Viti. et villanos in predicto monasterio sancti laurentii dedit. nec non et tres villanos quos Robbertus filius turstayni

e i villici come il predetto Riccardo nonno mio donò, e la decima di **Rapale** che **Vhardus de claromonte** allo stesso diede, e le terre e i villici che sono nel villaggio di **piponis** come Rainaldo figlio di Ugone diede allo stesso monastero, e il campo detto **de Ceraso** che gli eredi di Ugone **blanci** diedero allo stesso monastero, e gli orti e gli abitanti delle corti che sono vicino alle mura di **averse** come Ugone **blancus** ivi diede, e il giardino che é vicino al mercato del giorno di sabato, e il lago **patriensem** con le lontre e le parature e i diritti di pesca e le altre cose pertinenti come mio padre e mio fratello tennero e dominarono, e qualsiasi diritto appartiene dall'antico al monastero nei canali e in tutto il lago **patriense**, e la chiesa di san Renato che é nel villaggio di **cupuli** con tutte le sue pertinenze come Sanguala diede allo stesso monastero, e la chiesa di sant'Angelo di **monte christi** con il bosco e con tutte le sue pertinenze, e le terre del **gualdo patriae** che Rannulfo britto diede allo stesso monastero. E concedo allo stesso monastero i beni dotali di Alfarana che fu moglie di Roberto **de sancta ebremunda**, la terra cioé che é in **zampicari** e i villici e le terre di **centora**, nonché la chiesa di san Vito che é nel luogo **spangati** con tutte le sue pertinenze, e le terre e i villici della proprietà con i loro possedimenti e cento moggia di terra che Ingerbaldo con il permesso del conte Ugone signore suo, diede al predetto monastero, concedo e confermo come il predetto conte Ugone mediante atto diede la chiesa di san Vito e i villici al predetto monastero di san Lorenzo, nonché tre villici che Roberto figlio di **turstayni in arnone** per concessione del predetto fratello mio principe Riccardo diede allo stesso monastero, nonché cento moggia di terra che sono in territorio di **Cantie** (A) che Erberto Bardone per concessione del predetto fratello mio principe Ricardo

in arnone concessu predicti fratris mei Richardi principis. in eodem monasterio dedit. Nec non centum modios terrarum qui sunt in territorio Cantie quos herbertus bardone concessu prephata Richardi principis fratris mei in ipso monasterio optulit. et Nolitum cum villanis. et terris qualiter Raynaldus mica in predicto monasterio dedit. et quinquaginta modios terrarum qui sunt in gualdo quos iamdictus Raynaldus mica ibi dedit. et aecclesiam Sancte mariae quae vocatur cappella. quae est propae matalonem cum universis suis pertinentiis. et cum villanos omnes cum hereditatibus illorum qualiter Cerbaldus capellanus in predicto monasterio cum consensu fratris mei dedit. et criptam fornicariam cum monte cervino. sicuti vadit viam que decurrit intus hunc montem. et alium montem. et terram quam ioffridus fessardu cum consensu predicti fratris mei in eodem monasterio dedit. et terram quam Rodulfus de pirolo in predicto monasterio per consensum iam memorati fratris mei dedit. et Concedo ipsi monasterio duos villanos meos nomen uni palubo. et nomen alii iohannes alamannus. cum familia et hereditatibus illorum. qualiter prephatus. Richardus. frater meus ibidem concessit. et Cautium petia panis cum familia. et hereditate sua. quem Robbertus de ponte indulfi eidem monasterio dedit. et Sex modios terrarum quos mater aymonis de argentia cum licentia ipsius aymonis ipsi monasterio dedit. et . . . . . prope ecclesiam sancti iohannis. Et hereditas quae fuit quondam petri maraldi. quae prephatus pater meus eidem monasterio dedit. et hereditates iohannis franchi. et muschi. qualiter predictum monasterium possidet et dominatur. Nec non quadraginta *modios* terrarum. quos olim Roggerius de sancto severino optulit in predicto monasterio. qui sunt ad casa paci. et concedo etiam ipsi monasterio in


predetto fratello mio principe Ricaardo offrì allo stesso monastero, e **Nolitum** con villici e terre come Rainaldo **mica** diede al predetto monastero, e cinquanta moggia di terra che sono nel **gualdo** che il predetto Rainaldo **mica** ivi diede, e la chiesa di santa Maria chiamata **cappella** che é vicino **matalonem** con tutte le sue pertinenze e con tutti i villici con le loro proprietà come il cappellano Cerbaldo con il consenso di mio fratello diede al predetto monastero, e la grotta **fornicariam** con il monte **cervino** come va la via che corre entro questo monte, e l'altro monte e la terra che Goffredo **fessardu** con il consenso del predetto fratello mio diede allo stesso monastero, e la terra che Rodolfo **de pirolo** con il consenso del già ricordato fratello mio diede al predetto monastero. E concedo allo stesso monastero due miei villici, il nome di uno Palumbo e il nome dell'altro Giovanni Alamanno, con le loro famiglie e proprietà, come il predetto Riccardo fratello mio ivi concesse, e **Cautium petia panis** con la sua famiglia e le sue proprietà, che Roberto di **ponte indulfi** diede allo stesso monastero, e sei moggia di terra che la madre di Aimone di **argentia** con licenza dello stesso Aimone diede allo stesso monastero, e . . . . . vicino alla chiesa di san Giovanni, e la proprietà che appartenne al fu Pietro Maraldo la quale l'anzidetto padre mio diede allo stesso monastero, e le proprietà di Giovanni **franchi et muschi** come il predetto monastero possiede e domina, nonché quaranta *moggia* di terra che un tempo Ruggerio di **sancto severino** offrì al predetto monastero e che sono a **casa paci**. E anche concedo allo stesso monastero la predetta terra che l'anzidetto Ruggiero ebbe nel luogo chiamato **ad viam mundam** che lo stesso diede mediante atto con il consenso del suddetto principe Riccardo fratello mio allo stesso monastero per i confini e le

prephata terra quam Roggerius predictus. habuit in loco ubi dicitur ad viam mundam quam ipse dedit cum consensu prephati Richardi principis fratris mei in ipso monasterio per cartulam dedit. per fines. et partes sicuti in ipsa cartula leguntur. et concedo in eodem monasterio Starzam quae est adupplum quam thommas de venabile in predicto monasterio dedit. et viginti et tres modios terrae. qui sunt in gualdo. quos iohannes filius ermioth cum licentia prephati. Richardi. principis fratris mei. et Robbertus de ponte indulfi predicto monasterio dedit. et septem alios modios terrarum in forignano pizzolu. et novem modios terre qui sunt ad cerasum quos ipse predictus ihon predicto monasterio dedit. itaque medietas offeruit. et de medietate excambium suscepit. cum licentia prephati principis fratris mei. et memorati Robberti. nec non aecclesiam Sancti iohannis. quae est in territorio Cicale ubi dicitur ad plescum. cum beneficio suo. in predicto monasterio concedo. et confirmo. Concedimus quoque. et Confirmamus in memorato monasterio Sancti Laurentii Cesam bonelli. preter introitus. et exitus hominum Capuae. et preter portas molendinorum illorum. et portum patriense. et ius eiusdem portibus. sicuti modo habere et possidere videtur. monasterium sancti laurentii. nec non et omnes homines. et omnes terras cultas et incultas. quas predictum monasterium sancti Laurentii. et rectores eius tenuerunt et dominati fuerunt temporibus principum antecessorum meorum. Richardi. scilicet avi. et Iordani patris. nec non Richardi. fratris mei. et quae nunc legaliter tenent. insimul cum omnia prescripta. Nos prenotatus. Robbertus capuanus princeps. per hoc principale scriptum in perpetuum. in prenominate monasterio. et domino Alberoni venerabili abbati ipsius monasterii. et

allo stesso monastero, per i confini e le parti come si leggono nello stesso atto. E concedo allo stesso monastero il campo che é **adupplum** che Tommaso **de venabile** diede al predetto monastero, e ventitré moggia di terra che sono nel gualdo che Giovanni figlio di **ermioth** con licenza del predetto principe Riccardo fratello mio e di Roberto di **ponte indulfi** diede al predetto monastero, e altre sette moggia di terra in **forignano pizzolu** e nove moggia di terre che sono **ad cerasum** di cui dunque il predetto **ihon** diede al predetto monastero la metà e di metà fece permuta con licenza del predetto principe fratello mio e dell'anzidetto Roberto, nonché la chiesa di san Giovanni che é in territorio di **Cicale** dove é detto **ad plescum** con il suo beneficio suo al predetto monastero concedo e confermo. Concediamo anche e confermiamo al predetto monastero di san Lorenzo la cesa di Bonello tranne l'ingresso e l'uscita per gli uomini di **Capuae** e tranne gli attracchi dei loro mulini e il porto **patriense** e i diritti relativi, come ora risulta avere e possedere il monastero di san Lorenzo, Inoltre tutti gli uomini e tutte le terre coltivate e non coltivate che il predetto monastero di san Lorenzo e i suoi rettori hanno tenuto e dominato dai tempi dei prinsipi miei predecessori, vale a dire Riccardo nonno mio, e Giordano padre mie nonché Riccardo fratello mio, e che ora legalmente tengono insieme con tutte le cose prima scritte, noi predetto Roberto principe **capuanus** mediante questo scritto principale in perpetuo al prenominate monastero e a domino Alberone venerabile abbate del monastero e ai suoi successori, concediamo e confermiamo in possesso e potestà e dominio del predetto monastero e del suddetto domino Alberone venerabile abbate e dei suoi successi per farne dunque l'utilità dello stesso monastero, allontanata ogni

successoribus suis. Concedo. et confirmo. ad possessionem. et potestatem. et dominationem predicti monasterii et prephati domini Alberonis venerabilis abbatis eiusque successorum faciendo exinde utilitatem ipsius monasterii. Remota omni inquietudine. Contrarietate. et molestia omnium principum successorum nostrorum vel principum vice. Comitum vel vicecomitum. iudicum. sculdahorum. Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium personae. Quod si quis diabolica suasionem compulsus hoc scriptum violare. irritumve facere presumpserit. Mille Libras auri purissimi persolvat. Medietatem ipsi venerabili monasterio sancti Laurentii. et predicto domino reverentissimo Alberoni abbati eiusque successoribus. et medietatem. meo palatio. Solutaque pena librarum. hoc scriptum firmum munitum et inviolabile maneat in perpetuum. et ut firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur. manu propria subscripsi. et meo sigillo sigillari impressione precepi.

stesso monastero, allontanata ogni inquietudine, contrarietà e molestia di tutti i principi nostri successori o di viceprincipi o conti e di giudici, scudieri gastaldi e di ogni altra persona mortale. Poiché se qualcuno spinto da diabolica persuasione osasse violare questo atto o renderlo nullo paghi come ammenda mille libbra di oro purissimo, metà allo stesso venerabile monastero di san Lorenzo e al predetto domino reverentissimo Alberone abate ed ai suoi successori e metà al mio Palazzo e assolta la pena pecuniaria questo atto rimanga in perpetuo fermo, difeso e inviolabile. E affinché ciò più fermamente sia creduto e più attentamente da tutti sia osservato con la *mia* propria mano sottoscrissi e ordinai che fosse contrassegnato con l'impressione del mio sigillo.



<p>Ex Iussione prephate serenissime potestatis Scripsi EGO .....  In anno dominice Incarnationis. Millesimo. Centesimo nono. et tertio anno principatus ipsius prephati domini. Robberti gloriosissimi ac magnifici principis Capue. DATUM Mense Octobris per indictionem tertiam.</p>	<p>Per ordine della predetta serenissima potestà scrissi io ..... nell'anno millesimo centesimo nono dell'incarnazione del Signore e nel terzo (→ quarto) anno di principato dello stesso predetto signore Roberto gloriosissimo e magnifico principe di <b>Capue</b>. Dato nel mese di ottobre, terza indizione.</p>
--	---

**Note:**

(A) Leggasi Capuae.